



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Castitatis bona sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

meditando dicebat . O uita uitalis,  
dulcis & amabilis , & semper memo-  
rabilis, ubi non est hostis impugnans,  
ubi nulla illecebra , sed summa & cer-  
ta securitas , & secuta tranquillitas,  
& tranquilla iucunditas. Cassiodorus  
etiam ait . O ciuitas cęlestis , mansio  
secura, patria continens totum quod  
delectat , populus sine murmure, in-  
colę quieti homines , humanarum  
rerum indigentiam non habentes. O  
quām gloriosa dicta sunt de te ciui-  
tas Dei.

Cassio.

*Castitatis bona sunt tria.*

**P**rimum est, quia animam facit  
mirabilis pulcritudinis . Vnde  
in Sapientia legitur . O quām  
pulchra est casta generatio cum claritate .  
Secundum est , quia Angelis  
nos assimilat . Vnde D. Bernardus di-  
xit . Quid castitate decorius , quę de  
homine Angelum facit differunt in-  
ter se homo pudicus , & Angelus, sed  
felicitate, & non uirtute: sed si Ange-  
li castitas felicior , hominis tamen  
fortior esse cognoscitur. Isidorus et-  
iam dicebat . Nec dubium quod qui  
casti perseverant, & uirgines ange-  
lis dei efficiantur eęuales. Quartum

Sap. 10.

Bern.

## CHRISTIANA

**Bern.**

est, quia admodum balsami aspirati, à corruptione homines conseruat, què admodum D. inquit Bernardus. Castitas ad instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus arctos continet, & constringit. Hæc sunt igitur præcipua castitatis bona, quam unusquisque profiteri debet.

### *Circuncisio triplex.*

**Hier. 4.**

**P**rima est a noxiis, quæ circumcidit hominem à peccatis, & à circumstantiis peccatorum, quæ etiam omnia membra circumcidit, iuxta illud Hieremiæ, Circumdimini domino & auferte præputia cordium uestrorum uiri Iuda. Secunda est à superfluis, iuxta quem modum uerba seruatoris nostri intelliguntur, Veruntamen quod super est date eleemosynam, & ecce omnia mihi da sunt uobis. Tertia est à necessariis, quæ pertinent ad religiosos, iuxta præceptum de consilio domini nostri dicentis. Si uis perfectus esse, uide & uende omnia quæ habes & da pauperibus, deinde ueni, & sequere me.

**Luc. 11**

**Mat. 19**